

DISPUTATIO XIII

De substantiis Spiritualibus Deo, & Intelligentiis.



Considerationem substantiarum abstractarum, quatenus naturali lumine sunt cognoscibiles, Aristot. 3. de anima 36. remissi ad primam Philosophiam bis verbis, utrum contingat aliquid separatum intelligere, ipsum existentem non separatum a magnitudine, aut n. n. considerandum est posterius, & ideo Aristot. de his agit libr. 12. Metaphysic. dictum est autem disput. 1. Metaphysic. quæst. 1. numer. 10. & 11. Intelligentias pertinere ad Metaphysicam nostram quantum ad conceptus proprios ex communibus, & ad Metaphysicam in se quoad conceptus proprios ex propriis; rationes autem proprias, & ex propriis ipsius Dei pertinere ad Theologiam super naturaliter revelatam; & quidem in hac ultima Disputat. mens erat exactè pertractare de Deo, & intelligentiis quantum ad præfatos conceptus ad Metaphysicam pertinentes, & de eorum attributis naturaliter cognoscibilibus, ut in Tomo physico in fine de primo Motore pollicitus eram; ceterum quia cognitio de his substantiis, si intra solam naturalem luminis terminos sistamus, admodum debilis est, ac exigua, ut ait Aristot. 2. Metaphysic. text. 1. sicut Vespertilionis oculi ad lumen dici se habent, ita & intellectus animæ nostræ ad ea quæ manifestissima omnium sunt, consultius visum est totam hanc tractationem ad Sacram Theologiam reservare, ac etiam ne volumus hoc secundum Metaphysicam nimis excresecat, & mole primam excedat; quare hic perfunctoriè solum existantiam, & naturam harum nobilium substantiarum venabimur cetera ad essentiam, & attributa illarum spectantia ad Theologiam reservando exactius pertractanda.

QUESTIO I

Ad post naturaliter demonstrari Deum esse, & quomodo.



Ad delinandum, omninoque evellendum impiissimum, ac bestialissimum Arheitarum errorem, qui ut sine Deo viverent, Deum esse negant, movent quantum præiens omnes tam Theologi, tum Metaphysici vel ad calcem Metaphysicæ vel ad initium Theologiæ; non est autem sermo de Deo sub ratione Deitatis, ut sic, qui dicitur conceptus Dei proprius sub propriis, quia sub hoc conceptu non est nobis cognoscibilis lumine naturali, sed tantum sub naturali lumine fidei, sed sermo est de Deo, ut significatur, & conceptor nomine entis infiniti, & independentis, ac etiam primæ causæ incausate, qui dicitur conceptus Dei proprius ex communibus, & sunt nobis possibile, & attingibiles lumine naturali, & per hanc viam; quare sensus quæstionis est, an possit naturaliter demonstrari dari in rerum natura unum primum ens incausatum, ac infinitum, & a ceteris independentem, à quo alia omnia entia dependant, ut à primo principio. Omnes Metaphysici, ac Theologi uno, vel altero excepto affirmant demonstrari posse naturaliter Deum esse, & contrariam sententiam, quæ Rabbi Moyse, & Petro de Aliaco solet adscribi, alii temerariam censent, alii erroneam, ut videtur ex part. 1. quæst. 2. artic. 2. de qua censura videtur potest Simplicianus tractat. 1. disput. 1. quæst. 4. Et quidem, quod etiam seculæ revelatione divina naturalis ratio dicit, Deum esse expressè ex Sacra Scriptura colligitur, cum ait ex creaturis cognoscit creatorem utique per discursum naturalem ab effectibus causam, ita habetur Psalm. 13. *Cæli enarrant gloriam Dei Sap. 13. à magnitudine speciei, & creatura cognoscibiliter patet Creator bonum videtur*, hinc Apostolus ad Rom. 1. reprehendit Philosophorum, & Gentium vecordiam, quod Deum ipsum ex creaturis coadi cognoverint, & tamen ut Deum non glorificaverint, *invisibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus, & divinitas.*

Quamvis autem omnes ferè Scolastici, ut dixi, in hoc conveniant, quod possit existèntia Dei naturali lumine demonstrari, sententiam tamen pariter non possit propter quid, & a priori demonstratione rigorosè demonstrari, & ratio est, quam significat Doctor 1. distinct. 2. quæst. 1. nam Deus, ut est hæc essentia singularis, & hæc natura existens, non cognoscitur à nobis secundum se distinctè, quatenus significatur hoc nomine Dei, sed solum ex creaturis à nobis confusè cognoscitur, quatenus confusè significatur nomine entis infiniti, ergo medium, quo à priori potest demonstrari esse de ente infinito, est omnino nobis ignotum, & ideo idem remanet illi solum ostendi posse per demonstrationem à posteriori. Conf. quia ad demonstrationem à priori requiritur, ut à demonstrante habeatur definitivus conceptus subiecti; at pro statu isto non habemus definitivum conceptum Deitatis, quia modo concipimus ipsum sub ratione tantum attributali, aut modo intrinseco; ergo ejus existentia nequit à nobis proprie demonstrari à

priori sed tantum à posteriori; variae autem viæ sunt ad hanc veritatem veniendam à posteriori, quæ tamen omnes non sunt effectives, quas innuit S. Thomas 1. part. quæst. 2. artic. 3. ac ejus Explicatores.

1. Prima ratio, quæ occurrit, est illa vulgata sumpta ex Aristot. 8. Physicor. capitul. 4. 8. & 10. & 11. Metaphysic. capit. 3. ex motu deducta; cum enim quicquid movetur, ab alio movetur, quod & ipsum moveri necesse sit, idque ab alio nec fit in infinitum progressi, quia sic non esset primum movens, necesse est devenire ad aliquod primum movens, quod cetera moveat immotum, quod Deus est. Sed hanc viam ex motu desumptam non esse sufficientem ad concludendam existentiam primi Motoris, iam ostendi disputatione ultim. Physic. quæstionè octava artic. 3. cum Scoto quæst. 3. prolog. 5. & 1. dist. 2. quæst. 1. per totam, quæ sunt ibi videnda, non hic repetenda.

Secunda ratio sumitur ex gradibus perfectionum, cum enim dicitur in rebus creatis magis, & minus bonum, verum, nobile, debet esse aliquid optimum, verissimum, nobilissimum, quod sit mensura bonitatis, veritatis, & nobilitatis cæterorum omnium, ac proinde, quod sit lumè, ac infinitè ens, ideoque cæterorum omnium entium causa, quod est D. O. M. Neque hæc ratio satis convincere videtur, nec ille difficultatis legitime deductæ, nam in quantitate discretæ datur major, & minor numerus, nec tamen datur infinitus numerus, aut maximus, quo major dari nequeat; sic etiam in quantitate continua datur majus, & minus corpus, non tamen infinita molis, aut maximum, quo majus dari nequeat. Nec satisfaciunt, quod inquit Valentia, ad hujusmodi efficaciam sufficere, quod quotiescunque datur à parte rei magis, & minus, datur etiam maximum inter ea, quæ de facto existunt, ut patet in corporibus, quorum omnium datur maximum, quo majus non exillit, ut ultimum Cæelum; sic enim pariter legitime inferetur inter ea, quæ sunt magis, & minus entia dari aliquod ens, quo majus non sit inter ea, quæ de facto existunt, & hoc erit Deus. Non, inquam, satisfaciunt, quia Deus necdum debet esse majus ens omnibus entibus actu existentibus, sed etiam possibile; ergo ex eo, quod datur ens maximum, & perfectissimum omnium entium actu existentium non concluditur hoc esse Deum, nisi quoque probetur esse maximum omnium possibilem. Tum quia neque etiam ex hoc bene deducitur, quod illud primum, & perfectissimum sit causa omnium cæterorum, quia homo est perfectissimus omnium animalium, & tamen non est causa cæterorum, & Angelus est perfectissimus spirituum cæterorum, & tamen non est causa aliorum spirituum inferiorum, quæ etiam instantiæ fieri possunt in genere accidentium.

4. Tertia ratio, quam adhibet Doctor loco citato 1. distinct. 2. quæstionè 1. §. quantum ad primum articulum sumitur ex ratione effectus, & subordinationis causarum efficientium, potestque deduci vel ut fecimus disputatione 15. physice, quæstionè octava artic. 3. numer. 106. vel brevius hoc modo, constat multas causas res in hoc mundo producias, id est, quæ acceptantur esse post non esse, vel igitur res hujusmodi sunt à se ipsis productæ, & hoc non quia nihil producit seipsum ex dictis disputatione octava Physic. quæstionè 2. artic. 1. vel ab alio, & de hoc rursus queritur, an sit à seipso productum, vel ab alio, cumque nequeat dari processus in infinitum in ordine productivum, seu

Quæst. I. An Deum esse, possit naturaliter demonstrari?

effectus, & causa, opus est assignare unam primam causam omnium incretam, & incausam, quæ sit aliorum causa. Quæ ratio, si bene perpendatur, intentum facit convincere, & nititur duobus principijs, naturaliter notis; primum est, nihil seipsum producere, sed quicquid producitur ab alio debere produci, cuius principij veritatem loc. cit. in Physica fatis demonstravimus, quia producens est prius saltem natura productò, & ad exercitium actus productionis requiritur existentia realis, & actualis in causa, quare si cum seipsum realiter produceret, tunc esset prius, & posterius natura seipso, ac simul esset prius, & posterius natura seipso, ac simul esset existens, & non existens, quatenus enim producens est prius productò, ac existens, vel præexistens, quatenus vero productum posterius est, & non existens, quia cum producat, transit de non esse ad esse, & sic de eodem contradictoria verificarentur, aliud principium est, quod in ordine productivum nequit dari processus in infinitum, & præsertim in essentialiter ordinatis, lamiturque ex Arist. 3. Met. text. 2. & probatur multipliciter à Doctore loc. cit. K. evidentior tamen probatio, quæ ex eisdem dictis colligi potest, est.

Quod si in causis subordinatis talis daretur progressus in infinitum, tunc tota illa causarum collectio (eo modo, quo colligi potest multitudine synthetice infinita) esset dependens, & independens, quæ contradicunt, probatur hæc sequela ex Simplicio. esset quidem dependens, quia nulla dicitur esse in illa collectio, quin sit dependens, ergo tota collectio est dependens, quia quod negatur de omnibus partibus collectionis distributive, etiam negatur de tota collectione, cum collectio non sit aliquid præter omnes partes distributive, ut constat; independens quoque, nam nec extra illam collectionem est aliqua causa, à qua collectio dependat, cum ponatur deger totum ab aliqua sui parte adæquate, aliis penultima causa, à qua collectio dependat, nec intra collectionem est aliqua causa, à qua collectio dependat, nec ergo dari potest progressus in infinitum in tali ordine productivum, sed omnino perveniri debet ad aliquod primum ens incretam, & incausam, quod si cæterorum principium tam in genere causæ efficientis, quam finalis, quandoquidem tales causalitates nullam imperfectionem importent, ut materialis, & formalis, sed potius perfectionem.

Confirmat Doctor totum hunc discursum loc. cit. K. quia effectivum nullam imperfectionem ponit necessario, ergo potest esse in aliquo sine imperfectione, sed si in nullo est effectivitas sine dependentia ad aliquod prius, in nullo est sine imperfectione, ergo effectivitas independens potest inesse alicui nature, & illa est simpliciter prima, ergo effectivitas simpliciter prima est possibile, quod si tale efficiens primum est possibile, erit quoque de facto existens, quia cum sit primum ens, & à se, non ab alio consequenter erit necesse esse. Conatus est Basilius 1. d. 2. quæst. 1. hanc rationem dissolvere admittendo processum in infinitum etiam in essentialiter ordinatis, unde universitas causarum non est aliquid unum essentialiter debeat intelligi dependere ab una causa extrinseca illi universitati causata, qui quilibet pars ejus causata non est à seipso, sed ab alia, & alia, & sic in infinitum. Sed ut hæc evasio præcluderetur, paulo aliter probavi illius progressus infiniti absurditatem, quam passim probari solet; quod scilicet tota illa causarum collectio esset dependens, & independens; dependens quidem, quia nulla illarum ponitur prima, independens vero, quia nulla extrinseca ponitur à qua tota illa collectio dependat; Fateor tamen neque hanc evasione luculentè præcludi per illud dilemma Simplicio, nam diceret Basilius, totam illam collectionem causarum esse dependentem, non quia tota dependat ab aliqua causa prima toti collectioni extrinseca, sed quia distributive, una causa dependet ab alia perfectiori, & illa adhuc à perfectiori, & sic in infinitum, quod autem affirmatur de partibus omnibus collectionis distributive, affirmatur de tota collectione, & sic erit tota dependens, & sic etiam respondet Rubion 1. dist. 2. qu. 1.

Sed insubstigit quæ Scoti cit. lit. K. ad hanc evasione præcludendam, quia quæ causa est superior, eo est perfectior in causando; ergo in infinitum superior erit in infinitum perfectior, & ita infinitè perfectior in causando, & per consequens non causans in virtute alterius, quia quilibet talis in virtute alterius causans est imperfectè causans, quia est dependens ab alia in causando. At neque hæc instantia convincit, neque hic molus arguendi tenet in multitudine synthetice infinita, ut dixi dist. 9. Physic. 2. art. 2. num. 35. quia in tali collectione non datur ultimum, vel supremum, aliquam synthetice infinitam non foret, instantia autem procedit perinde ac si perveniri deberet ad aliquam causam, quæ sit infinitè perfectioris, & infinitè distet ab aliis inferioribus causis, quæ imaginatio est falsa, quia supposito processu in infinitum in causis nunquam perveniri poterit ad aliquam causam infinitè perfectioris, & in infinitum ab inferioribus distantem; sed tantum perveniri poterit ad causam perfectiorem, & perfectiorem in infinitum, & a quolibet inferiori non quidem infinitè distantem, sed finitè in infinitum. Quare ex quinque probationibus, quas Doctor adducit. 1. dist. 2. quæst. 1. K. ad improbandum progressum in infinitum in essentialiter ordinatis, puta validiorem esse quintam, & ulti-

mam probationem superius tractam, scilicet, quia effectivum nullam imperfectionem ponit necessario ideo poni debet in aliquo sine imperfectione, & tale erit primum efficiens, & à seipso per hanc quintam rationem evasio præfata Basilio sufficienter præcluditur, licet hæc etiam solvere nitatur, pro hac demonstratione Doctoris videatur Suarez disp. 39. Met. lect. 2. num. 20. & seq. qui eam elegantissimè deducit, & pertrahat.

6. Quarta ratio, ex præcedenti esse veluti confirmatio, sumitur ex possibili, & necessario, cum enim ea, quæ sunt contingentia possint esse, & non esse, debet admitti aliquod ens necessarium, per quod ea, quæ sunt possibile capiant esse, quod quidem ens necessarium sit causa sui necessitatis, seu ex se habeat esse necessarium, & sit incausatum ab alio, ne datur processus in infinitum.

At forte diceatur ad hoc, sicut ad præcedens argumentum, quod quolibet contingens in particulari de possibilitate ad actum reducendum est per aliud individuum, quod erat existens, & hoc rursus per aliud, & sic in infinitum, nec ideo opus esse recurrere ad aliud ens, cui necessario, & à se conveniat existere, ut cetera entia contingentia per ipsum redeantur de potentia ad actum. Sed hæc evasio statim præcluditur, quia de essentia contingentis est, quod possit esse, & non esse, possint esse, quando nondum existunt, possint non esse, quando actu existunt; si ergo de facto tota entium contingentium collectio non existeret, possint ista contingentia de potentia ad actum deduci; aut ergo per se ipsa, aut per aliud, quod non sit contingens; si secundum, habetur intentum, primum vero dici non potest, quia ut supra probatum est, nihil potest semetipsum de non esse ad esse ducere, & omne, quod producitur ab alio naturaliter distincto producti opus est, tum quia ex suppositione illa entia contingentia non essent, & consequenter in seipsis nihil essent.

Dico, rursus quodlibet ens contingens distributive de possibilitate ad actum esse reducendum per aliud individuum, quod erat existens, & istud per aliud, & sic in infinitum. Contra, quia licet ista solutio videretur aliquo pacto præcedenti argumento adaptari, cum tota collectio causarum, & caulorum dicebatur dependens, non quia tota dependeret ab aliqua toti collectioni extrinseca, sed quia una causa illius collectionis dependebat ab alia, & hæc rursus ab alia perfectiori in infinitum; attamen huic argumento de tota collectione entium contingentium adaptari non potest, quia non solum singula illa entia contingentia petunt ab alio produci, sed etiam tota collectio, quia tota illa collectio ex sua ratione essentiali petit per se, & ab intrinseco reduci de potentia ad actum existendi per aliquod ens, cui necessario per se existere in actu exercito conveniat; Probatur hoc; quia tota illa collectio potest non esse, & de non esse ad esse deduci, & hoc ab alio ente, quod sit omnino extra illam collectionem; hæc autem erit ens necessarium, à se, & independens, unde hæc quarta ratio sic deducta adhuc mihi videtur efficacior, quam sit tertia, nam illa tertia ex solutionibus Basilio non parum infirmatur, illa vero nequaquam; immo per istam potest illa valide confirmari.

7. Quinta ratio, omnibus evidentior sumitur ex admirabili ordine, & connexione partium hujus universi, ac ejusdem gubernatione, cum enim res omnes naturales etiam omnes cognitionis expertes propter finem operentur, nec se ad illum dirigere valeant, & tamen ab illo minime aberrant, necesse est, ut sit aliquod supremum intelligent, quod illas omnes ad finem dirigat; & hoc argumentum sæpe nobis sacra Scriptura suggerit, cum inquit Sap. 13. *à magnitudine speciei, & creatura cognoscibiliter patet creator bonum videtur*, & Proverb. 3. *Domini sapientia fundavit terram, & stabilivit Cælos sustentant illius creperunt abyssi, & nubes rare convalescunt, & Psalm. 13. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiant firmamentum, unde hac via incellerunt etiam S. S. Patres pulcherrimum istum, quem videmus, creaturæ ordinem, & miram circa res omnes provisionem uni Factori, & Gubernatori adscribentes; sic Justinus quæstion. 61. gentium interrogatus unde probetur Deum esse respondet ex eorum, quæ sunt concretionis, consistit ordo, stabilitate, & Dionys. cap. 7. de divinis nominibus ait Deum cognosci ex creaturarum ordinatissima dispositione: Eulbis legitimus præpar. Evangelicæ cap. secundò, *sicut domus sine architecto, aut panis sine terente fieri non potest, ita neque universum hoc sine auctore.* Lactantius libro primo de falsa religione cap. 2. *Nemo est tam rudis, tam sensu moribus, qui oculos in Cælum tollens motu, dispositione, constantia, utilitate, pulchritudine, temperantia, sic etiam loquitur Nazianzenus orat. 2. de theol. sic denique Chryostomus hom. 9. ad pop. Antiochi ubi explicans illud Psalm. 18. Quomodo, inquit, Cæli enarrant gloriam Dei; vocem non habent, os non possident, illis non est lingua, quomodo igitur narrant? per ipsum aspectum (respondet) cum enim videris pulchritudinem, magnitudinem, celestidinem finem, formam per tantum corpus permeare, tanquam vocem audiens, & ad aspectum discens, adoras eum, qui tam pulchrum, & admirabile corpus creavit, tacet Cælum, sed ipsius aspectus vocem tuba clariorem emittit; per oculos, non per aures nos docens**

hic enim sensus à natura est illo certior, ac manifestior; hæc & similia elegantissimè habet ibi Chrysolomus ad rem nostram.

8. Eodem etiam argumento, ut ad rem prompissimè, uti sunt Philosophi ad persuadendum unum referri primum ens, ad unam primam causam, à qua cætera omnia in esse dependant, unde Cicero lib. 2. de natura Deorum inquit, quando mensuratione quadam aliquid moveri videmus, ut sphaeram, & alia peripula, non dubitamus, quin illa opera sint rationis, certe dubitandum minus est cum impetu Cæli cum admirabili illa ceteritate moveri, vertique videmus constantissimè conscientem anniverfarias vicissitudines cum summa salute, & conversatione rerum omnium, quin ea non solum ratione fiat, sed etiam excellenti, & divina ratione. Et apud eundem Cicero lib. eodem Vellegus simili discursu Gotæ dubitationem de existentia hujus primi entis dissolvit, ejusque existentiam comprobavit. Quidem enim potest esse tam apertum, tamque perspicuum, cum Cælum suspeximus, cælestiaque contemplantur lumus, quam esse aliquod nomen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur. Quod in ita esset, non potuisset assensu omnium dicei Ennius, Aspice hoc sublime candens, quem vocant omnes Jovem; illum vero & Jovem, & dominatorem rerum, & omnia nutu regentem; Plato in Symphosio dixit ex pulchritudine omnino rerum creatarum pulchritudinem quandam divinam naturam de repente percipit, & A. Arist. tandem 12. Met. cap. 2. ait quomodo pado ordo est, non existente aliquo perpetuo separato, ac permanente? quod capitulo 10. declarat exemplo domus, familiaris, & exercitus, qui sine duce, & rectoris esse non potest videtur denique Hurrado disp. 20. Met. sect. 1. ubi graphicè ac elegantissimè hoc argumentum prosequitur, ac tanta dicendi venustate, ac energia, ut planè rudem quemlibet, ac insensatum hominem de hoc supra omnia importantissimo dogmate possit erudire, ac efficiat persuadere etiam retinentem; Et qui adhuc plura desiderat, P. Fabrum nostrum consulat lib. adversus impios Atheos disp. 1. ubi de hac re uberimè, & eruditissimè scribit.

Solvuntur Objectiones.

9. IN oppositum Primo obici solet, quod si daretur Deus, omne malum tolleretur de mundo, quia deberet esse infinita bonitas excludens omne malum; ergo cum tot sint mala, totque peccata in mundo, videtur quod non sit Deus, probatur sequela majoris, nam si unum contrarium esset actu in rerum natura infinitum, nihil sibi contrarium esset in natura, ergo si aliquid bonum sit actu infinitum, quale esset Deus, si daretur, nihil mali esset in universo. Conf. corpus infinitum nullum aliud corpus secum compatitur; ergo nec ens infinitum aliud ens cum eo; probatio consequentia, tum quia sicut repugnat dimensio dimensio, ita actualitas actualitati repugnare videtur; tam quia sicut si esset aliud corpus ab infinito, faceret cum illo aliquid majus infinito, ita si esset aliud ens ab infinito, faceret aliquid majus infinito.

Respond. Doct. loc. cit. quod causa infinita activa ex necessitate naturæ non comparitur sibi aliq. contrarium; & neque ei contrarium formaliter scilicet secundum aliquod, quod convenit sibi essentialiter, sive virtualiter, scilicet secundum rationem effectus sui, quem virtualiter includit, utroque enim modo impediret quodlibet impossibile sibi esse actu, sicut argumentum est prius; Deus autem est liberè, ac voluntariè agens respectu omnium que sunt extra ipsum, & ideo comparitur malum. Quod etiam permittit ad majorem ostensionem suæ bonitatis, ut scilicet ex malo bonum educat, ut dicit August. Dices numquid Philosophi ponentes Deum agere, ex necessitate naturæ non ponebant esse aliquod malum in universo? Respondet Doct. Philosophos in hac re esse deceptos etiam secundum naturale lumen. Ad Conf. negatur consequentia cum ejus probationibus, ad primam ait Doct. quod non est illius impossibilitas dimensionum in replendo locum, & essentiarum in simul essendo, non enim una entitas sit replet tota naturam entitatis, quin cum illa alia entitas possit stare, hoc autem non debet intelligi de repletione loci, sed tum in ensuratione essentiali, sed una dimensio replet eundem locum secundum ultimum capacitatis suæ, & ideo aliud cum ipso esse non potest replens locum, sed bene potest esse cum eo aliud corpus non replens locum; itaque una entitas potest esse cum alia, sicut potest respectu loci cum corpore replente locum aliud corpus esse non replens locum. Similiter ad aliam probationem negat paritatem, quia corpus infinitum, si esset cum alio, fieret totum majus utroque ratione dimensionum, quia dimensiones alterius corporis essent alia à dimensionibus corporis infiniti, & ejusdem rationis cum eis, & ideo totum majus esset propter diversitatem dimensionum, & totum non majus, quia dimensio infinita non potest excedi; hic autem tota quantitas infinita perfectionis nullam recipit additionem in ratione talis quantitatis ex coexistentia alicujus finiti secundum eandem quantitatem.

10. Secundo formatæ se habent, sicut num. 8. Met. 10. sed in numeris ascendendo secundum perfectionem non est dare primum, quia in ipso est processus in infinitum, ergo &c. Deinde, si tale primum daretur, vel esset à se, vel ab alio, non secundum, quia tunc non esset primum, si à se, vel igitur effectivè, quod est impossibile, quia nihil seipsum efficit, vel finaliter, & hoc non, quia sicut nihil efficit seipsum, ita nihil est finis sui; nec tandem materialiter, vel formaliter, quia tunc oporteret, quod ab aliquo

effectivo esset, quod formam introduceret in materiam. Demum si esset tale agens primum, seu prima causa omnium, aut ageret necessariò, & naturaliter, & sic nihil esset contingens in universo, aut contingenter, & sic nihil esset necessarium, quorum utrumque est falsum.

Resp. quod Arist. per eam propositionem re vera non intendit inducere similitudinem inter species, & numeros, qualis in argumento præteritendit ex dictis disp. 3. num. 17. sed hoc etiam admisso nihil inde concluditur, sed tantum ex argumento, & paritate assumpta sequitur, quod sicut in numeris ascendendo nunquam pervenitur ad perfectissimum, quia infinitum pertranfiri non potest, sic pariter cum inter Deum, & creaturam sit infinita distantia quoad perfectionem, ascendendo per species possibilem nunquam perveniretur ad Deum. Ad 2. primum ens dicitur esse à se effectivè, non quidem positivè, quasi seipsum efficiat, sed privativè, quatenus non est causatum ab alio. Ad 3. prima causa est agens liberum ad extra, & agit extra omnino contingenter, unde in tota rerum creaturam universitate nihil est necessarium simpliciter, sed omnia sunt simpliciter contingencia, & a possibili non esse præter primum ens.

11. Tertio potest Deus invincibiliter ignorari, quod utique non esset, si naturali lumine ens existentia attingi posset; probatur assumptum, nam p. 13. dixit insipiens in corde suo. Non est Deus, & exod. 5. dixit Pharaon se nescire Deum. Tum, quia si talis ignorantia non esset possibilis, credibile non esset tot exitivè hominis idololatrias falsos Deo coelentes. Tum tandem quia Molina in hac ipsa quaestione refert ex multorum relato auditivè Brasiliæ incolam nullum coluisse Deum, antequam à Lusitanis educeretur.

Respond. negando assumptum, alioquin Philosophi gentium, qui coluerunt Idola, fuissent excusabiles, cujus oppositum asserit Apoll. Rom. 1. Hinc Damascen. lib. 7. orthod. fidei c. 1. ait notitia Dei est omnibus à natura insita & c. 1. & 3. neque id aliquo ratione ut ens ignoretur potest, & D. Greg. lib. 27. moral. c. 3. Omnis homo eo ipso, quod rationalis est conditus, debet ex ratione colligere eum, qui se condidit. Deum esse, quare ad 1. probationem respondendum ignorantiam insipientis, & Pharaonis fuisse vincibilem, & omnino culpabilem, eo quod eius media non deserunt cognoscendi Deum, sed excecavit eos malitia eorum, & sic pariter dicendum ad aliam de antiquis Idolorum cultoribus, & de Brasiliæ incolis, sic tamen relatio illa Molinæ fide digna sit.

12. Quarto tandem arguit Scholasticus quidam non posse Deum existentiam naturali ratione, sed tantum fide cognosci, primo quia Hebræi. 11. accedentes ad Deum oportet credere, quia est, ergo fide solum cognosci potest existentia Dei, non vero lumine naturali; hinc Patres non raro significant sine altiori lumine divinæ revelationis Deum cognosci non posse, ita D. Aug. de Civitate Dei cap. 7. de Philosophis agens inquit, quidam eorum quoddam magna, (de Deo) quantum divinities adjuvi sunt, invenierunt, quantum autem humanitas impedit, sunt, errorerunt. Nec valet, quod aliqui respondent ex D. Thom. 2. 2. quæst. 1. art. 7. D. Paulum, & Patres loqui de Deo, ut est author supernaturalis, & remunerator in tali ordine, non autem de Deo, ut consideratur in trã ordinem naturæ; Nam Damascen. 2. de fide orthod. c. 2. ait fieri nequit, ut præter ea, quæ divinitus à sacrosanctis veteris, & novi Testamenti oraculis patefacta, & explanata sunt, quidquam de Deo loquamur, aut etiam omnino cogitemus, loquitur autem ibi de Deo, quatenus concipitur tamquam increatus, sempiternus, ab omni conversione, & commutatione liber, simplex, compositionisque ac corporis expert, bonus, iustus, rerum omnium architectus &c. quæ est Dei consideratio in ordine naturæ. Deinde Scriptura ipsa Sap. 13. & 14. expresse negat posse Deum ex creaturis discursu naturali cognosci, immo potius nos in errorem ducere, quam in Dei cognitionem, inquit enim creaturas in Deo odium sustinet esse, & in tentationem animabus hominum & in maledictum pulam pedibus incipientium, ideoque non possunt eos, inquitur Dei scientiam non haberi, de his, qui videntur boni, intelligere eum; quod est, neque operibus attendentes cognoscere quis esset artifex, sed non ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut spiritum belluarum, aut nimiam aquam, aut Solem, & Lunam restitit Orbis terrarum Deo putasse. Denique de eodem nequit esse scientia, & fides, sed Deum esse, est articulus fidei, ergo nequit demonstrativè cognosci nec à priori, nec à Posteriori.

Resp. D. Paulum loc. cit. re vera de Deo loqui, ut est supernaturalis Author, ut liquet ex ipso contextu, & in eodem sensu regulariter loquuntur S. S. Patres, quod si interdum aliquid loquuntur de Deo etiam, ut est Author naturæ, solum inquirere voluerunt nos posse naturali lumine Dei noticiam comparare pro flatu isto abique plurium errorum periculo, præsertim quo ad quod est, & circa ejus attributa, ut in Philosophis experientia docuit, qui est unus Deus existentiam agnoverunt, tamen in explicanda ejus natura, & essentia valde hallucinati sunt. Ad 2. dicendum creaturas per accensum solum esse factas in musculam animabus hominum, non propter insipientiam eorum, ut ibidem Sapientia explicat dicens postquam insipientiam, nam si sapienter utantur homines lumine naturali ex contemplatione mirabilis hujus motus Universi non pauca vera de Deo possunt philosophari. Ad ultimum non est illa specialis difficultas hujus materie, sed est communis omnibus illis, quæ dici solent creditæ, & demonstratæ; unde breviter occurrentium est ex dictis disp. ultim. Logicæ posse in eodem intellectu,

lectu, & de eodem objecto simul manere habitum fidei, & scientiæ etiam in eodem tempore, & in hoc sensu posse de eodem objecto haberi fidem, & scientiam nempe habitualiter, sive etiam actus illorum habitum possunt esse simul, sive non, de quo ibi disputum est, & hæc sufficienter pro hacque in presenti, de qua sumus in Theologia, à via vero plurima Atheorum argumenta, vel potius deliria P. Faber loc. citat. disp. 1. exactissime solvit.

QUESTIO II.

Quomodo Deus sit cognoscibilis naturaliter ab intellectu rationis quoad quid est.

DE hac re tractat summè, & exactissime Doct. 1. d. 3. q. 1. pro cuius brevi resolutione, quantum ad Metaphysicum spectat, notandum ex Doctore ibidem triplicis generis esse conceptum, qui possunt de Deo formari, alii sunt communes Deo, & creaturis, ut quod sit substantia, vita intellectualis, spiritus, &c. alii sunt proprii ex communibus, ut quod Deus sit ens infinitum, summè bonus, summè sapiens, summè iustus, &c. alii tandem sunt proprii ex propriis, ut quod sit unus, & trius, &c. hoc prænotat.

Dicendum est cum Doctore loc. cit. naturaliter, seu solum luminis naturalis ductu non tantum haberi posse de Deo conceptus primi generis, sed etiam secundum, non tamen tertii generis, nimirum proprios ex propriis. Probatur astrictum quod omnes partes; probatur quoad primam, quia Deum concipimus sub ratione entis, substantiæ, vitæ intellectualis, in quibus conceptibus convenit Deum cum creaturis nedum analogicè, sed etiam univoce nimirum sicut in prædicatis dictis in quid de Deo, & creaturam, ut patet ex disp. 2. Met. per totam; hoque conceptus æquiritur naturali lumine ductu, ut patet ex dictis ibidem. Quoad secundam partem probat Doct. ibid. §. quarto dicit, ubi ait, quod ad multos conceptus proprios de Deo possimus pervenire, qui non conveniunt creaturis, cum quædam sunt conceptus, in quo quædam in quædam descriptione perfectissimè cognoscimus Deum, in quo conceptus entis perfectior, & simplicior nobis possibilis, inquit, est conceptus entis simpliciter infiniti, iste enim est simplicior, quam conceptus entis boni, vel entis veri, vel aliorum similium, quia infinitum non est quasi attributum, vel passio entis, sive ejus, de quo dicitur, sed dicit modum intrinsecum illius entitatis, ita quod cum dicens infinitum, non habeo conceptum quasi per accidens ex subiecto, & passione, sed conceptum per se subiecti in certo gradu perfectionis, scilicet infinitatis, sicut albedo intentus non dicitur conceptum per accidens, sicut albedo visibilis, immo intentio dicitur gradum intrinsecum albedinis in se, & ita patet simpliciter hujus conceptus, scilicet ens infinitum, hos igitur, & similes conceptus proprios Deo ex communibus, possimus habere de Deo via naturali discursu.

14. Quomodo autem præfati conceptus possint haberi via naturalis discursu explicat Doct. cit. d. 3. quæst. 1. §. quinto dicit, quia formari possunt per abstractiones à nostro intellectu factas mediis speciebus à creaturis acceptis; quia vite universalis, & minus universalis, cognoscantur per eandem speciem minus universalis, sive utramque habeat speciem intelligibilem sibi propriam, saltem illud quod potest imprimere, vel causare speciem minus universalis, in intellectu, potest etiam causare speciem minus universalis; & ita creature, quæ imprimunt proprias species in intellectu, possunt etiam imprimere species transcendentium, quæ communiter conveniunt eis, & Deo; & tunc intellectus propria virtute potest uti multis speciebus simul ad concipiendum illa simul, quorum sunt istæ species, puta species ad imaginandum compositum ex illis diversis, sicut apparet imaginando montem aureum.

15. Quo tandem ad tertiam partem conclusio est Doct. loc. cit. §. tertio dicit, ubi ait, quod Deus non cognoscitur naturaliter à Viatore in particulari, & propriè, hoc est, sub ratione hujus essentia, ut hic, & in se; probat autem, quia Deus sub ratione talis cognoscibilis est objectum voluntarium, & naturale, nisi respectu sui intellectus tantum, & ideo à nullo intellectu creato potest sub ratione hujus essentia, ut hæc, naturaliter cognosci; nec aliqua essentia naturaliter cognoscibilis à nobis sufficiens ostendit hanc essentiam ut, hæc, nec per similitudinem univoce, nec per similitudinem univoce, univoce enim non est, nisi in generalibus rationibus; imitatio etiam deficit, quia imperfecta est, ut hæc essentia, & sub conceptu proprio ex propriis naturaliter ab intellectu creato attingi non potest. Relat ergo posse Deum à nobis via naturalis discursu cognosci quoad quid est per conceptus communes, & proprios ex communibus; triplex autem solet assignari via cognoscendi Deum naturaliter ex D. Dionysio, prima est via causalitatis, cum ab ipsis rebus effectis ad primam causam omnium effectivè progredimur, hæcque via potius attingimus, quod est de Deo, quam quid est; secunda dicitur via gemotionis, quod scilicet quicquid est imperfectionis in creaturis à

Deo removemus, & hæc via potius cognoscitur quid non sit Deus, quam quid sit; tertia tandem dicitur via eminentiæ, cum scilicet cet, quicquid est perfectionis in rebus creatis, Deo qui eminenter omnia continet, attribuiamus, & hæc est melior via, & magis directa ad velligandum quid sit de Deo, ut docet Doct. loc. citat.

16. In oppositum adducit Doct. quædam argumenta probantia Deum nullo modo quantum ad quid est ab intellectu viatoris attingi posse, primo quia ex 3. de anima 30. & 39. phantasmata habent ad intellectum, sicut sensibilia ad sensum, igitur intellectus nihil intelligit, nisi cujus phantasma potest per sensum apprehendere, Deus autem non habet phantasma, ergo, &c. Tum 2. quia sicut se habet oculus nocturnæ ad lumen solis, sic intellectus nobis ad ea, quæ sunt manifestissima naturæ, ergo impossibile est, nos Deum cognoscere, sicut impossibile est notum Solem intueri. Tum 3. infinitum inquantum infinitum est ignotum ex 1. Physicæ, & 2. Metaph. ergo nequit intellectus nobis Deum attingere quibus ratione entis infiniti. Tum demum Greg. super Ezech. inquit, quantumcumque mens ipse in contemplatione Dei profecerit, non ad illud, quod ipse est, sed ad illud, quod sub ipso est, attingit.

Respondet Doct. §. ad argumenta principalia, propositionem Aristotel. præsertim intelligi debere in prima motione, qua intellectus nimirum movetur ad acquisitionem specierum, non semper in secunda, qua scilicet movetur ad actum cognoscendi per species jam acquisitas, tum quia ut paulo prædictum est, quantumvis Deus non habeat proprium phantasma formaliter; cognoscitur tamen virtualiter ex phantasmate creaturarum modo explicato. Ad 2. ait Doct., quod oculus nocturnæ non habet cognitionem, nisi intuitivam, & naturalem, & quantum ad illas duas conditiones potest exponi auctoritas Aristot. & intuitivè considerate obiectum illud, sic intellectu nostro est impossibile naturaliter, & intuitivè cognoscere Deum. Ad 3. inquit, quod licet nequeat intellectus creatus definita objecta simul attingere naturaliter, quia id argueret in ipso infinitam virtutem, adhuc tamen potest obiectum infinitum intensivè attingere, quia intellectus talis infiniti non concludit infinitatem actus, quia non oportet actum habere talem modum, quale habet obiectum, quia actus sub ratione finiti potest esse ad obiectum sub ratione infiniti, nisi esset actus comprehensivus, & concedo, quod talem actum circa obiectum infinitum non habemus, nec est possibile, de quo vide 3. dist. 14. quæ 2. litt. F. Ad ult. conceptus esse, qui potest naturaliter de Deo à nobis haberi, dicitur à Gregorio esse sub Deo, quia est imperfectior, ac deterior conceptu proprio ipsius Dei ex propriis ejus accepto, adeo ut sensus sit, quod cum concipimus Deum ex creaturis, nunquam nos attingere singulariter, & proprium conceptum ipsius Dei, ut hæc essentia, sed conceptum valde inferiorem illi; & hæc quoad hæc quaestione dicta sufficiant, quia exactior cognitio ad Theologiam reservatur.

QUESTIO III.

An possit ratione naturali probari præter Deum extare alius substantias spirituales in universo.

PER hujusmodi substantias spirituales intelligimus naturas quædam completas intellectuales à Deo distinctas, & sic immateriales, ut sint corporeæ molis expertes, quam experiri in his materialibus substantiis. Et quaestio non vertitur de possibilitate, nam possibilem esse talem naturam negari nequit; illud enim dicitur supernaturaliter repugnare, quod in suo conceptu contradictoria includit, seu prædicata se invicem destruentia, ut quod accidens sit substantia, Deus creatura, &c. at in conceptu substantiæ spiritualis iam explicatæ talis prædicatorum repugnantia minime reperitur; nam nec spiritualitas repugnat cum substantia, ut sic, neque intellectualitas, nam Deus est substantia spiritualis, & incorporea; nec repugnat cum substantia creatæ, ut sic, quia anima rationalis est spiritualis substantia creatæ; nec repugnat cum substantia completa, ut sic, quia Deus est talis substantia completa; possunt ergo componi hæc omnia prædicata simul ad unam naturam constituendam, quæ sit substantia creatæ, intellectualis, completa, & hæc erit Angelus. Quaestio igitur est de facto, an ratione naturali possit probari, dari de facto in rerum natura hujusmodi spirituales substantias completas intellectuales; & est triplex opinio, prima affirmat posse probari ratione naturali licet à posteriori deducta ex pluribus effectibus nobis notis deducta, qui nequeunt referri, nisi in Demones, vel Angelos, ita Faber opusculo adversus Atheos tota disput. 1. Secunda affirmat id posse concludi nedum ratione à posteriori, sed etiam à priori, ut Suarez disp. 35. Met. sect. 1. Tertia tandem negat utrumque, & asserit existentiam harum substantiarum non nisi ex principis fidei posse constare, ita Vulpes dum aliis plurimis tom. 1. pa. 2. disp. 3. art. 1.

18. Dicendum primò, auctorem existentiam harum substantiarum spiritualium non sufficienter ostendi ratione naturali à priori. Probatur hæc conclusio examinando, & solvendo rationes, quibus præteritendit Suarez oppositum, à priori demonstrare, quas omnes refert, & rejicit Vulpes loc. cit. Primo itaque ex Suarez hanc rationem refert, ut à priori ostendendum Angelos esse, non repugnat à

non potest, alioquin etiam Deus ipse posset esse terminus creationis. Tum tandem, quia nihil in aliquid verti non potest, non enim unum oppositum potest in aliud oppositum commutari, id autem sequeretur, si creatio possibilis esset, ut pluribus probat Aureolus, questio. probam, art. 1. ergo, &c.

35 Resp. negando minorem, quamvis enim multorum Theologorum sit opinio non posse demonstrari rem aliquam esse factam, vel fieri posse per creationem, oppositum tamen probabilius est, ac de mente Docto. 2. d. 1. q. 2. ubi h. *Respondet* possibilitatem creationis Deo non repugnare ita probat, Deus potest immediate aliquid creare, & aliquid de nihilo facere, & efficere, igitur potest creare, & aliquid de nihilo facere, imo antecedens est manifestum, quia Deus est primum efficiens ex 2. dist. 1. lib. si nihil potest immediate facere, tunc nec etiam mediate potest aliquid facere, quia est primum efficiens, & ita nullum effectum produceret, consequentiam probat sic, quia si potest efficere aliquid, igitur illud non habet esse se necessarium formaliter, & habet esse a causa igitur habet esse post non esse secundum intellectum istius membri, immediate etiam produci nullo alio presupposito, quia si aliquid aliud presupponeret, illud aliud esset effectum ab eo, sicut patet ex d. 2. primi; igitur illud non esset immediate effectum ab eo, habemus igitur (concludit Doctor) a primo antecedente ad istud consequens, quod producit aliquid ordine naturæ de non esse ad esse, & nullo presupposito, secundum ergo istum intellectum creat, & iste ratio, inquit, videtur invari ab Avicena. Met. ex. Immo necdum esse possibile creationem videtur lumine naturali ostendi posse, sed etiam de facto dari, circa materiam primam, cum enim hæc sit imperfectissima, facile intelligitur illam non esse a se, quia esse a se est perfectio omnium maxima, sed non potest esse ab alio per generationem, quia generatio supponit subiectum præexistens, ergo debet esse per creationem; unde Pererius lib. 1. Phyl. c. 7. est obnoxie tuatur creationem non fuisse Aristoteli notam, fatetur tamen posse naturali lumine ostendi, ad quod adducit octo rationes, quæ apud ipsum videri possunt, de quo etiam videri potest Suarez disp. 20. Met. sec. 1.

36 Itaque ad argumentum propositum neganda est minor, cum his probationibus; ad primum nego maiorem quoad primam partem cum paritate assumpta in eius probationem, nam potentia passiva dicit essentialiter ordinem ad activam, ut ideo sit omnino impossibile subiectum, cui convenit potentia passiva, actuari posse sine agente vim habente illud ad actum deducendi, at potentia

activa universim inspecta non necessario respicit passivam nempe subiectum, vel passivam, id quod agat, sed effectum tantum, unde res produci potest ex nihilo. Ad 2. negatur sequela maioris, quia ens, ut sic, non dicit realitatem subiectivam, quæ sit productionis capax, distindam à consuetudine talis entis, sed dicit conceptum inadæquatam, ut constat ex dictis disp. 2. quare sola ratio entis finita est producibilis, ratio verò infinita entis, quæ reperitur in Deo improductibilis, conceptus tandem entis ab utraque abstractus ab utroque præcindit scilicet à producibili, & improductibili. Ad 3. negatur minor, cum enim per creationem dicitur aliquid ex nihilo fieri, hoc non in eo sensu intelligendum est, ut nihil convertatur in aliquid, aut quod nihil sit materia ex qua tale ens fiat, hoc enim utique omnino repugnat, unde ly ex, non dicit habitudinem materialis causæ sed habitudinem ordinis, qui reperiri solet inter terminum à quo & ad quem, ut explicat Scot. 2. d. 1. q. 2. h. *Respondet*, ex Anselmo in Monologio c. 8. ut sensus sit id quod nihil erat in actu reale, incipiat esse aliquid per effectum alterius, in quo nulla apparet repugnantia, quod si particulam ex, iuxta habitudinem materialis causæ intelligere placeat, tunc non quidem positive, sed negative exponenda est ex eodem Anselmo, sicut aliquis dicitur loqui de nihilo item de nulla re, tunc enim in hoc sensu, quod creatur dicitur fieri de nihilo id est de non alioquo præ existente, quod habet respectu eius vel rationem subiecti, vel partis constituentis, unde ly ex, positum in definitione creationis utraq; modo accipi potest scilicet ut dicat ordinem unius post aliud scilicet prioris, & posterioris, ut sensus sit categoricus, ex nihilo proferri sit aliquid, id est post nihil sit aliquid, sicut ex nocte fit dies id est post noctem, ac etiam, ut excludat aliquid realiter præexistens, tamquam causam rei fiendæ, sive per modum materiæ, sive per modum formæ quare in creatione quod erat nihil potest fieri ens non per conversionem nihili in ens, ut contendit Aureolus, sed quia post nihil factum est ens, sicut ex nocte dicitur dies fieri; Qui tamen Aureoli argumenta optat videre singillatim soluta, consulat Capredomum lib. 3. de Theolog. Arist. cap. 141. & 142. ac seqq. ubi de hac re exactissime tractat. & hæc, & alia plura resolvit argumenta; quæ hic misit facio, quia proprie ad tractationem Theologicam spectant, de Creatione, sicut & alia plura ad hanc disp. pertinentia de Deo, & Intelligentiis commodius in Theologia tractantur in proprijs Tractatibus, & hic operi metaphysico sit ultima imposita manus ad Dei gloriam.

FINIS.

